

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. XXV. Veteres Monaches vt plurimum, calceatos fuisse. Quænam calceamenta fortia apud Vopiscum, quænam clauata. exempla quorundam seueriorum qui nudipedes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

vt nunc, perpetuum præsertim æstate ac intra parietes. Atque ita intelligo quod scripsit S. Ambros. Legem Mosaicam de ^{Offic. I. cap. 18.} feminalibus à nonnullis suo tempore obseruatam, quasi plures non obseruarent, domi nimirum atque extra omne nuditatis periculum. Vbi enim illud vel leui argumento timebatur, nec ipsi Histriones sine subligaculis erant, vt ex Cicerone audiuimus.

CAPUT XXXV.

Veteres Monachos, ut plurimum, calceatos fuisse. Quanam calceamenta fortia apud Vopiscum. quanam clavata. exempla quorundam seueriorum qui nudipedes.

DE calceamento quedam supra nobis notata. vbi etiam verbo diximus, ne monachis quidem fuisse nudos pedes, si quosdam seviores excipias. Monachi quidem Aegiptij apud Cassianum, Calceamenta tanquam Evangelico præcepto prohibita portare recusant; sandalys tamen suos

Y 3 muniunt

muniunt pedes , ut potè Christi Domini permissione concessis . Adserentes hoc eorum usus ex Christi institutione signari , ut si in hoc mundo constituti omnimodè exuti esse non possumus à cura & sollicitudine carnis ; necessitatem corporis breui saltē occupatio- ne expleamus . Quid verò de hoc Domini præcepto sentiendum , diximus sup. Essæi apud Iosephum calceati . S. Equitius cal- ceatus clauatis caligis apud S. Grego- rium . Clauatis (inquam) in quo S. Abbatis eminuit cum humilitate frugalitas . Calce- menta enim clauata eadem sunt , quæ Au- geliano Imperatori in Epistolâ militari ad suum vicarium , calceamenta fortia . Mi- ites enim calceos sibi , quo durarent , clavis configebant : quod etiam nunc Rustici faciunt . Ita calceatus militari mo- re Julianus ille , cuius fortitudinem præ-
Zib. 7. de
Bello
Iud. c. 3. dicat Iosephus . S. Benedictus in Regulâ , Caligas & pedules indulget . Sanctus Ber-nardus calceos ipse sibi inungit , dæmo- ne inuidente , & operis vilitatem expro- brante . Sanctus Ulmarus per noctem , quo

ET MONACHORVM HABITV. 175
quod tegat humilitatem, fratrum calceos
purgat. &c.

*Surius
in Iovis*

Excepi quosdam seueriores; & ex pluri-
bus paucos hic pono. Sanctus Iacobus
frater Domini, non laneam vestem, non
calceamenta induit. Abban monachus
nunquam calceis pedes texit. S. Fulgen-
tius, intra monasterium interdum soleas
capiens, frequenter nudis pedibus am-
bulabat. S. Norbertus initio suæ con-
uersionis, pede nudo etiam aspera hyeme,
& tunicâ cilicinâ indutus incedebat. S.
Gerlacus Eremita sub instituto S. Nort-
berti, per niues & glacies pede nudo. Idem
fecit Franciscus de Paula. & quod mire-
tur orbis: S. Heduuigis Ducissa Poloniæ,
cui frigorū asperitas è pedibus sanguini-
nis stillas frequenter expressit, sed ut ad-
sumptam semel austeritatem deponeret
nunquā extorsit. Cuius occasione monco.
Sanctā eam Ducissam (& si quæ fuerint a-
liæ istius austēritatis asceticæ mulieres) id
fecisse, aut intra parietes & extra publi-
cū, aut saltē laciniâ vestium pedes tegente.
alioquin

*Hieron.
de Srip.
in Iacob.*

*Theo. in
philot.
cap. 4.
Acta S.
Fulgenti.*

*Histor.
S. Norbe.*

*in eius
vitæ.*

176 De VETERE CLERICORVM
alioquin vetat Pædagogus Christianus
Clement
sup. mulieri, nudum pedem ostendere. Fuitq;
veteribus Aegiptijs seuera huius rei obser-
uatio: vnde ut sine negotio mulieres do-
midetinerent, calceos eis substrahebant.
Hoc enim facto necesse eis erat non pro-
dire, quibus capitale erat pedem nudum
publico monstrasse.

C A P V T XXVI.

*De Monachorum baculo, & symbolica eius
ratione.*

Baculos quoque gestant (inquit Cassia-
nus de Aegiptijs monachis) ad imita-
tionem eorum, qui monastica professionis
In Reg. 4. virtutes præfigurarunt in veteri Testamen-
Cassian.
Coll. 11.
Cap. 2. to. Hinc idem Cassianus descripturus Ar-
sebij è monacho Episcopi iter, Sumpto (in-
quit) baculo & perā, ut illic cunctis viam in-
gredientibus monachis moris est. Et S. Hiero-
In Pra-
fat. ad
reg. 8.
Pacho-
mij. nymus enumerans singula suppellesti-
lis monachorum S. Pachomij, meminit
niupolis Baculi